

audientem^P, ne facile manum porrigat ad cędendum, ne in^Q os^Q alterius verberandum^F insanus erumpat. Melius est autem, ut non percussorem esse dicamus, qui mansuetus et patiens sciat in tempore, quid loquendum sit, quid tacendum, ne sermone inutili conscientiam percutiat infirmorum. *Turpis*⁴⁹ quoque *lucris* appetitus ab eo, qui episcopus futurus est, esse debet alienus. Sunt enim multi docentes, que non oportet, turpis lucris gratia, qui totas domos subvertunt et putant quęstum esse pietatem. *Melior est* autem iuxta Salomonem⁵⁰ *modica acceptio*^S *cum iustitia quam multa genimina cum iniquitate*, et magis eligendum in paupertate nomen bonum quam in divitiis nomen pessimum. Episcopus, qui imitator apostoli esse cupit, *habens*⁵¹ victum et vestitum *his* tamen debet esse *contentus*. / *105^v* / *Qui*⁵² *altario serviunt*, 10
de *altario* vivant. „Vivant“, inquit, et non „divites fiant“. Unde et ęs nobis excutitur e zona et *unica* tantum tunica induimur, ne de crastino cogitemus. Turpis lucris appetitio est plus de presenti quam de preterito⁵³ cogitare. *Sed*⁵⁴ *hospitalem* et cetera, que supra diximus⁵⁵: Ante⁵⁶ omnia hospitalitas futuro episcopo denunciat. Si enim omnes illud de evangelio audire desiderant: *Hospes*⁵⁷ *fui et suscepistis* 15
me, quanto magis episcopus, cuius domus omnium comune esse debet hospitium. Laicus enim unum aut duos aut paucos recipiens implebit hospitalitatis officium; episcopus, nisi omnes receperit, inhumanus est. Quomodo⁵⁸ itaque mansuetudo, patientia, sobrietas, moderatio, abstinentia, lucris contemptus, hospitalitas quoque

p) audientes *Hs.* q-q) in os] nos *Hs.* r) verberandus *Hs.* s) *als*
aprio gekürzt *Hs.*

49) *Turpis* – Z. 13 cogitare aus *Hieronymus*, in *Titum* 1, 6–7, S. 22, 456–23, 467. – *Der Textauszug im gleichen Umfang auch enthalten in c. 10 der Aachener Kanonikerregel von 816 (MGH Conc. 2/1 S. 327, 32–328, 3).*

50) *Prov.* 8, 19 und 16, 8.

51) *1 Tim.* 6, 8.

52) *1. Cor.* 9, 13.

53) *So statt plusquam de praesentibus cogitare bei Hieronymus bzw. plus de praesentibus quam de futuris cogitare in der Kanonikerregel S. 328, 3.*

54) *Sed hospitalem aus Hieronymus*, in *Titum* 1, 8–9, S. 23, 471. – *Auch enthalten in c. 10 der Aachener Kanonikerregel von 816 (MGH Conc. 2/1 S. 328, 5).*

55) *Siehe oben S. 58 Z. 10.*

56) *Ante* – Z. 18 est aus *Hieronymus*, in *Titum* 1, 8–9, S. 23, 474–479. – *Der Textauszug im gleichen Umfang auch enthalten in c. 10 der Aachener Kanonikerregel von 816 (MGH Conc. 2/1 S. 328, 7–10).* – *Danach, vor Weiterführung des Zitats mit Quomodo, wie in der Kanonikerregel der gleiche Zwischenabschnitt des Quellentextes CC 77 C S. 23, 480–25, 518 ausgelassen.*

57) *Matth.* 25, 35.

58) *Quomodo* – S. 61 Z. 4 iudicio aus *Hieronymus*, in *Titum* 1, 8–9, S. 25, 518–527. – *Der Textauszug im gleichen Umfang auch enthalten in c. 10 der Aachener Kanonikerregel von 816 (MGH Conc. 2/1 S. 328, 10–16).* *Dort auch das S. 61 Z. 2–3 verum (statt sed etiam bei Hieronymus) sowie das Fehlen der Wörter et inter cunctos laicos eminentia S. 25, 520f. bzw. S. 328, 12.*